

D. Davidi Pareo

De No 1598.

Simo Stenius  
Salutem.

307

Carissime D. Pareo: Si in vestra Bibliotheca Graeci  
sunt Scriptores Ecclesiasticae historiae, etiam ady, etiam  
peto, ut cures mihi describendum locum illum de Prae,  
nitentiaro, qui exstat apud Sozomenum lib. 7. cap. 16.  
Apud Collect. Magdeb. ita citatur: Quoniam poeni-  
tentibus Deus etiam si saepe numeri deliquerint, ipse  
seipsum praecipit, et illis qui peccata sua confiteri debent,  
etiam delicta, ut incredibile est, aggravantur: inde  
ab initio Sacerdotibus placuit, ut velut in thea-  
tro, feste multitudinis Ecclesiae peccata manifesta,  
centur, et ad hoc institui solacium Presbyterum ali-  
quam in versione Sozomeni, quam ego habeo, ita legi-  
tar, praemissis praemittendis: Odiosum ut incredibile  
est, sacerdotibus ab initio visum fuit, tanquam in thea-  
tro audiente Ecclesiae multitudinis delicta praemiu-  
ciare. Sensus plane contrario, sed meliore, quam is, quem  
collectores ponunt: id quod sequentia ostendunt: Nota,  
erunt enim publice innotescere omnibus delicta poeni-  
tentiam: ergo instituerunt peculiarem Presbyterum,  
qui confitentes audiret. Praeterea ex nostris Theologis  
quidam negant illam narrationem Sozomeni pertinere  
ad confessionem auricularem. Sed quaeso cum ait Soze-  
menus: Mulier quaedam nobilis ad presbyterum poeniten-  
tiarum accessit, peccata quae post baptismum commiserat, con-  
fessa: haec verba quid aliud significant, quam auricularem  
confessionem? Mentem tuam oro, mihi explices, Vale.  
Ex meo Museo 24. Jan. 1598.